

Allerheiligenlitanei

V./ A. Kyrie, eléison

V./ A. Christe, eléison

V./ A. Kyrie, eléison

V./ A. Christe, audi nos

V./ A. Christe, exáudi nos

V. Pater de caelis, Deus, **A** miserére nobis
Fili, Redemptor mundi, Deus, miserére nobis
Spíritus Sancte, Deus, miserére nobis
Sancta Trínitas, unus Deus, miserére nobis

V Sancta Maria, **A.** ora pro nobis
Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis
Sancta Virgo vírginum, ora pro nobis
Sancte Michael, ora pro nobis
Sancte Gabriel, ora pro nobis
Sancte Raphael, ora pro nobis
Omnes sancti Angeli et Archangeli, orate pro nobis
Omnes sancti beatorum Spirituum ordines, orate pro nobis
Sancte Ioánnes Baptísta, ora pro nobis
Sancte Joseph, ora pro nobis
Omnes sancti Patriarchæ et Prophetæ, orate pro nobis
Sancte Petre, ora pro nobis
Sancte Paule, ora pro nobis
Sancte Andrea, ora pro nobis
Sancte Iacobe, ora pro nobis
Sancte Ioannes, ora pro nobis
Sancte Thoma, ora pro nobis
Sancte Philippe, ora pro nobis
Sancte Bartholomæe, ora pro nobis
Sancte Matthæe, ora pro nobis
Sancte Simon, ora pro nobis
Sancte Thaddæe, ora pro nobis
Sancte Matthia, ora pro nobis
Sancte Barnaba, ora pro nobis
Sancte Luca, ora pro nobis
Sancte Marce, ora pro nobis
Omnes sancti Apostoli et Evangelistæ, orate pro nobis
Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro nobis
Omnes sancti Innocentes, orate pro nobis
Sancte Stephane, ora pro nobis
Sancte Laurenti, ora pro nobis
Sancte Vincenti, ora pro nobis
Sancti Fabiane et Sebastiane, orate pro nobis
Sancti Ioánnes et Paule, orate pro nobis
Sancti Cosma et Damiane, orate pro nobis
Sancti Gervasi et Protasi, orate pro nobis
Omnes sancti Martyres, orate pro nobis

Sancte Silvester, ora pro nobis
Sancte Gregori, ora pro nobis
Sancte Ambrosi, ora pro nobis
Sancte Augustine, ora pro nobis
Sancte Hieronyme, ora pro nobis
Sancte Martine, ora pro nobis
Sancte Nicolæ, ora pro nobis
Omnes sancti Pontifices et confessores, orate pro nobis
Omnes sancti Doctores, orate pro nobis
Sancte Antoni, ora pro nobis
Sancte Benedicte, ora pro nobis
Sancte Bernarde, ora pro nobis
Sancte Dominice, ora pro nobis
Sancte Francisce, ora pro nobis
Omnes sancti Sacerdotes et Levitae, orate pro nobis
Omnes sancti Monachi et Eremitae, orate pro nobis
Sancta Maria Magdalena, ora pro nobis
Sancta Agatha, ora pro nobis
Sancta Lucia, ora pro nobis
Sancta Agnes, ora pro nobis
Sancta Caecilia, ora pro nobis
Sancta Catharina, ora pro nobis
Sancta Anastasia, ora pro nobis
Omnes sanctae virgines et viduae, orate pro nobis
Omnes Sancti et Sanctae Dei, intercedite pro nobis.

V Propitius esto, **A.** parce nobis Domine.
V Propitius esto, **A.** exaudi nos Domine.
V Ab omni malo, **A.** libera nos Domine
Ab omni peccato, libera nos Domine
Ab ira tua, libera nos Domine
A subitanea et improvisa morte, libera nos Domine
Ab insidiis diaboli, libera nos Domine
Ab ira et odio et omni mala voluntate, libera nos Domine
A spiritu fornicationis, libera nos Domine
A fulgure et tempestate, libera nos Domine
A flagello terraemotus, libera nos Domine
A peste, fame et bello, libera nos Domine
A morte perpetua, libera nos Domine
Per mysterium sanctae incarnationis tuae, libera nos Domine
Per adventum tuum, libera nos Domine
Per nativitatem tuam, libera nos Domine
Per baptismum et sanctum ieiunium tuum, libera nos Domine
Per crucem et passionem tuam, libera nos Domine
Per mortem et sepulturam tuam, libera nos Domine
Per sanctam resurrectionem tuam, libera nos Domine
Per admirabilem ascensionem tuam, libera nos Domine
Per adventum Spíritus Sancti Paracliti, libera nos Domine
In die iudicii, libera nos Domine

V Peccatóres, **A.** te rogamus, audi nos
Ut nobis parcas, te rogamus, audi nos
Ut nobis indúlgeas, te rogamus, audi nos

V Ut ad veram poeniténtiam nos perdúcere digneris, **A.** te rogamus, audi nos
Ut Ecclésiám tuam sanctam régere et conserváre dignéris, te rogamus, audi nos
Ut domnum Apostólicum et omnes ecclesiásticos ordines in sancta religione conservare digneris, te rogamus, audi nos
Ut inimícos sanctae Ecclésiæ humiliare dignéris, te rogamus, audi nos
Ut régibus et princípibus christiánis pacem et veram concórdiam donare digneris, te rogamus, audi nos
Ut cuncto pópulo christiáno pacem et unitátem largiri digneris, te rogamus, audi nos
Ut omnes errántes ad unitátem Ecclésiæ revocáre, et infidéles univérsos ad Evangélii lumen perdúcere dignéris, te rogamus, audi nos
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre et conserváre digneris, te rogamus, audi nos
Ut mentes nostras ad caeléstia desidéria érigas, te rogamus, audi nos
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogamus, audi nos
Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum et benefactórum nostrórum ab aetérna damnatióne erípias, te rogamus, audi nos
Ut fructus terrae dare et conserváre dignéris, te rogamus, audi nos
Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, te rogamus, audi nos
Ut nos exaudíre dignéris, te rogamus, audi nos

Fili Dei, te rogamus, audi nos

V. Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
A. parce nobis, Domine
V. Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
A. exaudi nos, Domine
V. Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
A. miserére nobis

V. Christe, audi nos.

A. Christe, exaudi nos.

V. Kyrie, eleison.

A. Christe, eleison.

V. Kyrie, eleison.

A. Pater noster.

Amen.